Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

manum suam et tetigit os meum et ait mihi ecce dedi me dominus. ℣. Ecce dedi uerba mea in ore tuo ecce constitui te super gentes et regna. ℣. Dominus ab utero uocauit me de uentre matris mee recordatus est nominis mei. ℣. Priusquam te formarem in utero noui te antequam exires de uulua sanctificauite.

SERMO S. MAXIMI EPI.

SOLLEMPNITATES NOBIS DIUERSORUM martyrum fratres karissimi presentis occasius et suscepta ab eis pro christi nomine passio consecrauit. Multimoda namque ueterum relatione didicimus. in nullos martyrum prostratos gladio. igni alios concrematos. complures bestiarum dilaceratos dentibus immuneros. etiam uarius tormentis cruciatibus affectos. sprera sin corporis morte. et ante fidei testimonium reddidisse. beatus iohannes baptista iohannes. cuius nunc festiuitate letamur. celestia mundo gaudia sterilis ab utero hodie natus inuexit. T. R.

EXIT HOMO MISSUS A DEO CUI NOMEN IOHANNES ERAT HIC UENIT UT testimonium perhiberet de lumine et parare domino plebem perfectam. ℣. Erat iohannes in deserto predicans baptismum penitentie. et parare. Martyres quidem indubitata iam gloria regnantem confessi sunt dei filium. iohannes autem et nascentium dominum apperaliis spe illuminationem predicit. et natiuitatis priuilegio gratie singularis ostendit. Intantum autem specialis in eo profulsit electio. ut ante matrem eius annunciare dominum. quam nascendi in eum. uel linguam que nunciare posset acciperet. R. Elisabeth sacharie magnum uirum genuit iohannem baptistam precursorem domini qui uiam domino preparauit in heremo. ℣. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat et uia.

Elisabeth illa uetus mulier. et nouata mater que ante partum suum. de futuri filii letabatur officio. uementi ad se beate marie in ipso salutationis occursu. ait. ecce ex quo facta est uox salutationis tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans in utero meo. R. Priusquam te formarem in utero noui te et antequam exires de uentre sanctificauite et apparuit gentibus dedite. ℣. Vir dilectus a deo et ab hominibus honorificatus est et apparuit.

Quid est hoc miraculi fratres. Que tanta nouitas gaudii. ut haberet se in utero elisabeth restaret infantem qui necdum semetipsum sentiens. dominum sentiret aduentum. Vere iohannes omnium beatissimus paruulus. qui in ipsa uiscera adhuc conclusus magna adeo saluatorem mundi. quia necdum sermone poterat. apperuco gaudio reuelabat. R. Ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helie ut conuertat